

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 28. De nonnullis Religiosis omnibus, vltra essentialia vota incumbunt  
obseruanda,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

C A P V T X X V I I I .

De nonnullis que Religiosi omnibus, velta effen-  
tia vota, incumbunt obseruanda.

S V M M A R I V M .

- 403 Obligatio Religiosi ad clausuram.  
404 Prohibitus Religiosi facta sub excommunicatione, temere  
dimitendi habitum sui ordinis, & pariter facta doctori-  
bus, eos dimisso habitu retinentibus & docentibus leges aut  
medicinam.  
405 Quomodo intelligenda sit illa dimissio habitus, & quatenus  
censeri debet temeraria.  
406 Quomodo accipienda sit prohibitio facta Religiosi, eundi ad  
studia sine licentia Superioris, & consilio votum, aut maioris  
partis conuentus: & qua concurrende debeat ad incur-  
rendam excommunicationem, ipsos docentium leges vel  
physicam non gestantes suum habitum.  
407 Venatio antiquo iure communis prohibita Religiosi.  
408 Excommunicatione lata in Religiosos usurpantes sibi authori-  
tatem administrandi Eucharistiam, aliaque nonnulla ag-  
gendi.  
409 Ea ad omnes Religiosos extenditur.  
410 Actiones ob quas eadem imponitur, cum declaratione ipsarum.  
411 Modi variis quibus potest Religiosus a tali censura excusari.

P R A T E R ea, qua ex Concil. Tridentino habentur,  
multa veteri iure canonico Religiosis omnibus incu-  
bunt; sive vi imperata, sive vt prohibita: sed sufficiet at-  
tigisse præcipua, quæ publice expositum confessionibus  
audiendis ignorare, minime conuenit.

403. Primum est, quilibet Religiosum obligari ad clausu-  
ram per cap. Placuit, 16. q. i. Consistit vero talis clausura in  
eo, vt nullus regularis cuiusvis ordinis, sepa constituta,  
seu limites ad eam seruandam determinatos exeat sine Super-  
ioris sui licentia: imo neque cum ea, nisi iusta utilitas  
aut necessitas eam dari suadat. Qua de re Nauarr. in  
comment. 4. de regularibus num. 29. & aliquot sequenti-  
bus: vbi postquam docuit obligationem ipsam regula-  
rium ad clausuram tantu esse de iure humano, tangit duo  
documenta, quæ faciunt ad rationem specialem nobis  
propositam iudicandi de peccatis, & aliquot corollaria  
deducit apud ipsum videnda.

Prius autem documentum consistit in eo, quod ipse ha-  
bet num. 34. ure communis omnem regularem quantum  
libet simplicem, posse exire de licentia Superioris sui, non  
solum Generalis, aut Provincialis, sed etiam inferioris im-  
mediati. De licentia, in quam, non tantum expresa, sed  
etiam tacita: & non tantum specialiter ac in individuo,  
sed etiam generaliter data: dummodo ea detur iusta ne-  
cessitate vel utilitate exigente. Posteriorum documentum con-  
sistit in eo quod subiungit in seq. num. 35. Peccatum quod  
violatione clausura contra ius commune committitur egrediendo sine licentia; aut cum ea quidem, sed data sine  
iusta causa, esse genere suo tantummodo veniale; fieri au-  
tem mortale scandalo interueniente, aut notabili detri-  
mento monasterij, aut distincta prohibitione Superioris,  
sive via voce, sive per regulam. Itemque si ex contemptu  
Superioris in tali violatione procederetur. Ratio est: quia  
si hæc absunt, abesse quoque censetur grauis iniuria, ex  
qua ratio peccati mortaliter iudicatur.

404. Secundum eius generis quod quilibet Religiosi pro-  
hibeantur sub pena excommunicationis, habitum sua  
religionis dimittere temere, simulque prohibeantur acce-  
dere ad quævis studia literaturam, nisi a suo Praelato cum  
consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem, sibi  
eundi ad studium licentia primitus sit concessa. Ita habe-  
tur ex cap. Vt periculosa, tit. Ne clerici vel monachi in  
sesto: vbi eadem quoque poena imponitur doctoribus  
seu magistris, qui Religiosos, habitu suo dimisso, leges vel  
physicam seu medicinam audientes, scienter docere, aut  
in scholis suis presumptim retinere. De hacre agentes  
tum Theologos, tum Simulatios, tum alias refert Georgius  
Sayrus in thesauro casuum conscientia tom. 1. lib. 3.  
cap. 35. nu. 5. Inter ceteros late Sylu. in verbo Excommu-

nicatio nono, nu. 51. & tribus sequentibus. Nauart. in En-  
chir. cap. 27. n. 131. & tribus sequentibus, ac Suarez eam ple-  
nus ceteris persequens, tomo 5. in 3. partem D. Thomæ dispu-  
23. lecta. 4. Excommunicatione 14.

Pro intelligentia autem noranda sunt sequentia. Primum est, dimissionem habitus hoc loco censeri, non quamcumque illius depositionem, sed quia fiat cum illius mutatione in aliud habitum ad se occultandum: aut quia libet non in suo, sed in alieno habitu incidere. Ad quod facit ratio prohibitionis, quia redditur in memorato cap. Ea enim est, ne Religiosi ipsi vagentur inuercunde non agni-  
ti per habitum proprium. Facit etiam quod Suarez ibid. habet nu. 28. prohibitionem pœnalem in cod. cap. factam, non habere locum in Religioso, qui aliquam tantum partem habitus sui ordinis dimittit, si per eam quam retinet satis cognoscit possit ab aliis, quod sit Religiosus talis ordinis. Ex tali enim dimissione, non habet occasio nem eu-  
gandi. Facit item, quod idem in præced. num. 27. habet &c ceteri communiter notant: nec locum habere in Religioso qui habitum exigit ad breue tempus: non quidem animo dimittendi, sed faciendo quid commodius, etiam si id sit peccatum, eo quod forte transgreditur in eo aliquæ speciale regula suam, aut de scandalum, aut peruer-  
sum finem sibi præstuitar, vt exempli gratia, voluptuosus fornicari: quod in exemplum adfert Nauar. in cit. nu. 131. Additivero idem Suarez in seq. nu. 30. prohibitione pro-  
positam extensi ad eum etiam, qui habitu dimisit intentione vagandi breui tantum tempore; presertim cum in tali re ius quoad tempus nihil distinguat: & dimissio non minus possit complete fieri breui tempore, quam longo.

Secundum notandum, est temerariam habitus dimis-  
sionem dici, quoties ipsa fit sine rationabili causa vera, vel  
apparente: ideoque propositam prohibitionem non ex-  
tendi ad Religiosum, qui metu mortis aut alterius grauis  
igali, aut compellente alia, sive sua sive aliena, magna necel-  
litate, habitum dimittit. Imo ne si quidem absit iusta causa  
dimittendi, illi tamen appareat adesse: vt accidere pos-  
set meticulo, aut in rebus agendis parum versato, aut  
parum considerato. Ratio est: quia nec talis temere agit,  
sed tantum timide, vel imprudenter.

Tertium est, ex communis sententia teste Nauarro in fi-  
ne citati numeri 131. non excusari in hac re, cum qui habitu  
sui ordinis dimittit, vi inmediate induat aliud alterius ordinis. Ratio est, quod in proposito cap. Vt periculosa,  
non dicatur absolute qui habitum religionis (vt cen-  
seri possit non contravenire is, qui retinet habitu religio-  
su[m] murat) sed determinate, qui habitu sua religio-  
nis.

Quartum est, quod plenus Suarez num. 34. tractat, non ex-  
tendi propositam constitutionem pœnalem ad Religio-  
sum, gestante quidem suum habitum, sed illum occul-  
tantem: quoniam reuera non dimittit. Peccat tamen id  
faciens absque iusta causa, vt pater ex Concil. Trid. sess. 25.  
De regularibus cap. 19. in fine.

De aliis spectantibus ad eamdem constitutionem con-  
suli poterunt memorati autores, presertim Suarez à nu-  
35. Contenti erimus duo attingere: quorum prius est il-  
lud, quod post Caiet. idem ibidem haber de prohibito ac-  
cessu Religiosi ad studia sine licentia Pralati, & consilio  
maioris partis conuentus; intelligendum esse de eo, qui  
abfuerit ad habitu ad extra claustrum propter studium.  
Nam ad modum ordinarium eundi ad scholas habitan-  
do in proprio conuentu, vel in alio quidem, sed eiusdem  
ordinis, non est necessarium vt licentia Pralati detur cum  
consilio maioris partis Capituli. Et ratio esse potest, quod  
tunc cesset causa ob quam limitetur in his Pralati potes-  
tas: nimis ut frenetur Religiosorum animus pronus  
ad habitandum extra sua claustra: presertim iuniorum:  
quales ordinarii sunt qui ad studia mitiuntur: maior enim  
difficultas obtineti licentiam, quæ ex consilio nascitur,  
non parum obsistit tali propensioni.

Posterior est, ad hoc vt magistri seu doctores legum vel  
medicinæ, qui præsumunt in suis scholis retinere Religio-  
sus qui habitu dimisso illis disciplinis vacant, incurant in  
excommunicationem in ipsos per memoratum cap. latam,

quatuor concurrere debere. Primum est, ut auditor ipsorum sit Religiosus. Secundum, ut audiatur leges aut medicinae docentes. Tertium, ut id faciat sine habitu sui ordinis Quartum, ut doctores ipsi seu magistri tales eum docere vel retinere presumant: probe videlicet scientes, se in eo iusta prohibitioni Superioris contrauenire. De quibus vide in seq. lib. 20. num. 52.

407. Tertium, quod ex iure communii seruari debet ab omnibus Religiosis, habetur in cap. 2. De clero venatore, his verbis. Omnibus seruis Dei, venationes & fylacterias fatigations cum canibus & accipite, aut falcone haberet interdicimus. Itemque illis in Clement. 1. De statu Monachorum §. Porro a venationibus & a caccationibus, omnes semper abstineant: nec interesse eis, aut ales vel canes venaticos per se vel alios tenere presumant, nec a familiaribus secum morantibus tenere permittant: nisi fatus, viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in aliis haberent: in quibus cuniculi vel feræ alia forent: quanto casu hoc eis permittitur: dum ramen intra monasterium seu domos quas inhabitant, aut eorum clausuras, venaticos canes non teneant, nec venationi praesentiant exhibeant personalem.

408. Quarum eiusdem generis habetur ex Clement. 1. De priuilegiis: in qua Religiosis sub excommunicatione reteruntur Papa prohibetur lex actiones, quarum tres versantur circa tria sacramenta Extremamunctionem, Eucharistiam, & Matrimonium: quorum duo priora ministrare, & tertium solemnizare sine parochialis Presbyteri licentia prohibentur. Tres vero aliae versantur in absolutione: una quidem, excommunicatorum à canone, altera vero excommunicatorum à sententiis per statuta synodalia aut provincialia promulgatis: & reliqua in absolutione à pena, ut dicitur, & à culpa. Huic explicationem post D. Antoninum tercia part. tit. 24. cap. 54. habetur in verbo Excommunicatione Summarij, ut Angelus in 5. causa 12. Sylvestri in 7. num. 30. Tabiena in quinto, causa 11. Caiet. in cap. 64. Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 101. & 102. & post eos aliquotque alios Suarez tomo 5. in tertiam partem D. Thomæ disput. 22. sect. 4. Primo autem consideranda sunt persona, in quas talis excommunicatione profertur: secundo, actiones propter quas incurritur; & tertio modi qui bus contingit ab ea excusat Religiosos.

409. Ac quoad personas, profertur generaliter in Religiosos: ideoque in omnes, etiam exemplos, qui vota calitatis, paupertatis & obedientiae emeruntur in religione approbata. Omnibus enim talibus Religiosis nomen conuenit proprie: imo & solis, quandoquidem approbatio est de subtilitate religionis, iuxta cap. Vnicum, De voto in sexto. Quod autem de nouitatis religionis approbatae dubitatur, an huic censura & ipsi subiectantur, relinquentem videndum apud Suarezum loco citato, num. 3. Notandum est tantum, quid quid sit in speculatione, idem in praxi esse à nouito seruandum is, quod ab aliis: cum respectu eorum, perinde ac alio, nati posse parochialium presbyterorum officio, ad quam tollendam facta est propria constitutio.

410. Quoad actiones vero, notandum est de administracione Eucharistie & Extreme munctionis: cum prohibetur in ordine ad Clericos & laicos; nec in odio Religiosi comprehendatur nomine Clericorum ex Panorm. ad rubricam De vita & honest. cleric. ob administratam Religioso à Religiosis illa sacramenta, non incurritalem excommunicationem, prout Caiet. & Nauar. locis citatis notant. Et ratio est: quod nihil inde praedictetur parochialibus presbyteris, in quorum saevoem est facta Religiosis prohibito. De solemnizatione vero matrimonij notandum est, eo nomine significari sacerdotalem benedictionem, quā sponsi post matrimonium rite contractū percipiunt.

De absolutione autem excommunicatorum à canone, notandum est, ut cam esse restringendam ad excommunicationem maiorem (quādoquidem nōmē excommunicationis, cum absolute dicitur, de maiori accipitur, iuxta cap. penult. De sentent. excomm.) que lata à Summo Pontifice, velab vniuersali Concilio pro rata Ecclesia, statuto perpetuo, canon antonomastice dicitur.

De absolutione porro excommunicatorum, à sententiis per statuta synodalia aut provincialia, promulgatis: notandum est difficultatem esse, an nomen sententia accipiendo sit in lata significacione, qua cum excommunicatione comprehendit suspensionem & interdictum: an vero in stricta, qua solam excommunicationem significat. Ac in utramque partem autores Sylvestri refert in verbo Excommunicatione. 7. n. 38. & assentitur iis qui stricte accipiendo consent, & post eum Suarez in eadem sect. 4. n. 16. ac merito: quia particula, vel à sententiis, quatenus disiuncte coniungit cum precedente, à canone, ostendit ex utraque ea fieri vñanum integrum determinacionem disiunctum circa absolutionem excommunicari, de qua expresse est ibi scritto, cum dicitur, ut quenquam excommunicari à canone: & nonnullis per parenthesis interiectis, additur, vel à sententiis, &c. Accedit quod ea interpretatione minor fit, ideoque remenda in materia penalis. Neque ratio datur cur istiusmodi prohibicio generaliter sit in statutis particularibus, quam in generalibus.

De absolutione denique à pena, & à culpa notandum est, quod in seq. num. 19. Suarez habet ex Syria, per eam intelligi concessionem plenaria indulgentia: quam Religiosi, aduersus quos excommunicatione proposita fuit, vocabant absolutionem à pena, & à culpa absoluerent, prout fatus verba in eadem Clement. 5. vi. vñus corrum utramque, à pena & à culpa: absoluere quemque in prelaminferit.

Quoad modos demum quibus Religiosos excusari potest a censura proposita; notandum est varios esse. Primus est, bona fides, qua quis crederet, se ex priuilegio, aut aliud de sufficiente autoritatem habere: vel existimat Parochum rurum habitum, neque agre latum, si aliquam ex antedictis actionibus ad suum Parochiale officium spectantibus, exercuerit. Nam talis non censembit presumisse, prout exigitur ad incurrandam eamdem censuram.

Secundus est (*in textu expressus*) per licentiam Presbyteri parochialis: quo nomine comprehenduntur prater Parochum, tam eiusdem presbyteri Episcopus, qui iurisdictionem habet vniuersalitatem: tum Vicarius seu iis cui presbyter ipse parochialis, iurisdictionem suam delegaverit. Nomen autem illud presbyteri non obstat quin Parochus nondum Sacerdos politetam licentiam dare: quoniam eanon est, etas ordinis sed iurisdictionis. Cur autem Pontifex vñus sit illa paraphrasi, presbyteri parochialis, ad significandum Parochum: ratio esse potuit, quod Parochus ordina sit & debeat esse Presbyter. Quomodo autem accipiendo sit, quod ex textu constitutionis habetur, licentiam hanc peciale esse debere, tractat Suarez in eadem sect. 4. ac tandem tenet sic accipi posse, ut ad id sufficiat exprimit sacramenti actum exequendum, etiam ex parte personarum licentia in generali: ut si Parochus dicat parochianis, Concedo omnibus vobis Eucharistiam suscipere à Religiosis Cisterciensibus. Qualem licentiam si quis se habere dixerit, potest Religiosus ei credere: cum ex cap. Sancinus, 1. questione 7. nemo presumendum sit immemor sua salutis.

Tertius modus, est beneficium iuri: Religiosi enim potestatem habentes eadem cum Parochis absoluendi à mortalibus (vt habent Dominicani & Franciscani iuxta textum in Clement. Didum De sepulturis §. Per huiusmodi) possunt absoluere excommunicatum excommunicatione à iure non reseruata. ex cap. Nuper Desenten. excommunicationis, secundum veriorem opinionem. De qua videnda sunt dicta in p̄cēd. libro nono cap. 1. sect. 5.

Quartus est, per priuilegium Sedis Apostolicae: quale est quod refert Nauar. in Enchir. cap. 21. num. 52. a Leone 10. concilium cuiilibet Sacerdoti ordinis Minorum: vt quousque die, sacro sanctum Domini corpus possit facultariis ministrare, excepto solo die Paschatis; & confratres Dominicanis, & reliquis omnibus qui illius ordinis priuilegio utruntur: vbi etiam mentionem additae de tali priuilegio concessio Societas nostra Sacerdotibus.

Quintus modus est ex vi officij. Si enim Religiosus habeat beneficium curatum, non impeditur hac constitutio ne praetare suis onibus, quae tenetur ex pastorali officio. Sextus est extrema necessitas articulatae mortis, quoad abolutionem ab excommunicatione. In illo enim ex Concil. Trident. 14. cap. 7. sub finem, omnes sacerdotes quos libet penitentes a quibusvis peccatis & censuris absolue re possunt. Quoad ceteras vero actiones, non est tanta necessitas quantia absolutionis a peccatis, quae praequirit abolutionem ab excommunicatione: nisi quod difficultas sit de administratione Eucharistia suo ioco trahenda. Hic pro praxi monendum est tantum: cum talis occurreret casus, in quo si est cuius est dare licentiam omnino eam datur, si deficeret ut quando id omnino requireretur ad transquillandam moribundam conscientiam, aut ad vitandum populi scandalum) Religiosum posse eam administrare, tanquam casu occurrente in quo excusatetur.

## C A P V T . X X I X .

De religionem egresso.

## S V M M A R I V M .

412. Transitus a religione laxiori ad arcuorem licitum.  
 413. Quatenus licitus sit transitus ad eque aut m. g. lax. am.  
 414. Quae religio consenda arcitor.  
 415. Documentum de iis qui a religione dimittuntur.  
 416. Distinctio inter ecclesiam, frugitatem, & apostolam.  
 417. Eius ad religionem renovatum tenetur redire, non tenetur autem transire ad aliud ordinem.  
 418. Tenerit absolute ad observationem castitatis: ad observationem vero obedientie religio eorum tenetur animi proposito, si contingat ipsi summae carari.  
 419. Quo habitu vir debet.  
 420. Quatenus tenetur ad observationem paupertatis, & cui accquirat ea que non fuerint sibi necessaria.

**H**I sunt in quintuplici differentia: Quidam enim egesti sunt animo transunci ad aliam religionem, quidam sunt dimitti, quidam eieci, quidam fugitiui, & quidam Apostata: de quibus aliquot documenta addemus spectantia ad speciale rationem indicandide peccatis ipsorum.

412. Primum est, transitum a religione laxiori ad arcuorem licitum esse de iure communis. Pro quo est textus satis expressus in cap. Sane, De regularibus, & expressius in cap. Licet, eodem titulo. Ex quo prater approbationem talis transitus, duo habentur notatus digni. Prius est, tali transitui non obstat, quod religio ipsa laxior prius legum habeat a Sede Apostolica, ut Religiosi ipsius nequeant ad arcuorem religionem transire, eo quod id videatur illi a ratione concessum, ut verbis eiusdem textus vitar, ne quis ex temeritate & levitate, in iacturam vel in initiam suorum, sub pretextu maioris religionis, ad aliud ordinem transuolaret, sicut a multis erat presumptum. Posterior est, transunci licentiam esse perendam a Praelato religionis, a qua transitur: quae licentia si irrationaliter negetur, proterea indiscreti Praetati contradicere non oblitabit, quin subditus libete possit adimplere sanctioris vita propositum.

413. Secundum est, transitum ab una religione ad aliam a qua laxam aut laxiore, licitum esse posse interueniente Superioris dispensatione, & iusta causa. Hoc certi juris esse, & ab omnibus concedi notat Azor canonistis pro ecclasiis, in lib. 12. prima partis Moral. Instit. cap. 14. quæst. 8. Et confirmatur, quia ad talem transitum iustificandum sufficiunt potestas Superioris cum causa iusta: cum sufficientia ad voti relaxacionem: nec aliud sit, quod obliteret eidem transitui, quam obligatio voti emissa de observatione perpetua castitate, paupertate, & obedientia in tali ordine.

Is autem Superior est Episcopus si monasterium transiens sub eo sit: sin sit exempta a iurisdictione Episcopi, et eiusdem Praelatus: qui habens autoritatem quasi Episcopalem, potest eam facultatem dare, quando periculum

alicuius momenti virget, vel ad Romanum Pontificem difficultis est aditus, prout habet idem Azor. Cui addet ex Sylva in verbo Religio 4. quæst. 2. debere interuenire consensus Capituli: quoniam res ea est vna de maioribus negotiis monasterij, in quibus talis consentis requiri solet.

Causa vero iusta, quæ præter autoritatem Superioris requiritur ad eundem transitum licitum, si primo, si collapsa sic disciplina in religione striciore. Secundo, si olla & similitates in ea vigeant, quibus destruitur charitas, sine qua perfectio religiosa nequit consistere, ut nemo ignorat. Tertio, si Religiosus petens transfire, sit a lis exodus. Quarto, si ob corporis debilitatem, idem non possit ferre sua religionis rigorem. Multa alia de hoc tantum habentum alii, tum maxime Sylvestris in verbo Religio 4. & Azor in citato cap. 14. & in sequenti 15. apud quos videnda possunt relinqueret; contenti obiter monuisse quod ex communis canonistarum sententia Leon. Lessius habet De just. & iure lib. 2. cap. 41. dubit. 13. sub initio.

Religionem arcuorem conferi, quæ est arcuorem obseruantæ, ita ut in ea possit quis tutius & melius salutem suam operari. Ad quod facit, quod possit ex memorato cap. Licet. 8. Quia tamen, fatus in religio transitum illum ad arcuorem, concessionem esse ob eundem vitæ agendæ rationem: adeo ut religio suppeditatrix eiusmodi rationis & magistra, videri possit arcitor, tanquam patens vitæ rutoris & securioris; quia hancumque alia religio cui comparatur sit rigidior: aut etiam fructuosis, & altior prout habet Azor in citato cap. 14. quæst. 2. sub finem.

Debet autem Confessarius talem transitum meditatem, si ei se offerat, monere in eodem cap. Licet. 8. Quocirca, significari esse à temeritate & sinistra intentione caudum: atq; ad intentionem melioris vita, ad dñndam matruram deliberationem, & sapientem consilium. Talem transitum, nisi illum eobone sit necessitas aut utilitas notabilis, non esse laudabilem, iuxta D. Thomam 2.2. q. 18. art. 8. tum quia ex eo plurius scandalizantur qui relinquuntur: tum quia exercitii paribus facilis proficit quis in religione quam consenserit, quam in illa quam non consenserit. Accedit illud D. Pauli in pncipiis ad Corinth. cap. 7. vniuersus quisque in vocatione qua vocatus est, permaneat.

Terterum documentum est: Ex iis qui a religione dimittuntur, quodam modo esse religioni adstringentes; ut Notarios, qui tempore probationis inueniunt inepiti dimittuntur: talesq; manent liberi, praesertim cum egredi possum fuerit in ipsorum arbitrio prout habitum est in preced. cap. 2. propositione ultima. Quodam vero adstringentes quidem esse religioni in qua emitunt vota, sed religionem non esse ipsi adstringam (etiam si vere sint Religiosi) eo quod talia vota ipsorum simplicia sunt, non autem solemnia neque professio, per quam recipio, & Religiosus obligatus sit religioni ad manendum, perseverandumque in ea; & vicissim religio sit obligata ad eum retinendum, ac transandrum tamquam filium, nisi le reddat ei noxiū. Quæcum ita sit, possunt tales dimitti, quando adfluerint iusta cause: quales ensenatur haec: quod volunt corrigi, & emendari, aut quod etiām commiserint ratione eius religioni timetur infamia, aut quod impedimentum habuerint, cum quo tanquam essentiali, valde graui in ea religione, non sufficiat admissio, si illud derescissent. Quia de re paulo plenius Leon. Lessius in seq. dubit. 14. quem videat qui volet. Contenti esse possumus addere quod ille in num. 107. tangit. Cum vota predicta sic fiant ut coram emissione Religiosus obligetur ordinis in quo sunt; non autem ordo ipse: ea tunc in cludere conditionem hanc. Si ordinem retinere voluerit. Vnde potest deduci, quod per dimissionem quæ idem ordo recusat omnino talem retinere de eo in conscientia posse iudicari, ut de religio in libertate: etiam non vacet criminis, si perfide eidem dimissioni occasionem dederit.

Quartum documentum est. Eiusdem a fugitivo & apostata distingui; quod ei eis recedat compulus a Superioribus, bonum commune procurantibus: mandando excursioni illud: quod in cap. Rescindenda 24. quæst. 3. habetur ex D. Hieronymo. Rescindenda sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, mala,